



Viglethus ob magnā corporis & animi fortitudinem Danorum rex electus est. Cum autem Amlethus eo tempore in Britānia esset, atque in patriam reuerteretur, id factum æquo animo tulit, atque Vuigletho splendidissimis uictoriæ suæ manubijs donato, iniuriā beneficio repedit. Verūm postea odium erupit, atque uterq; sese prælio accinxit. In eo tādem Vuiglethus superior euasit, atq; Hermuthrudam Amlethi uxorem sibi matrimonio coniunxit. Spoponderat hæc prius Amletho, se ne in aduersa fortuna eum deserturā, ac cum eo morituram; id quod tamē nequaquam præstítit. Ita uotum omne fœmineum fortunæ uietas abripit, temporum mutatio dissoluit, & muliebris animi fidem lubrico nixam uestigio, fortuiti rerum casus extenuant, ut Saxonis uerbis utar. Cum hoc modo anno 3400. Vuiglethus sua uirtute sibi regnum stabiliuisset, tādem tranquillam ac diutinam regni procreationem emensum morbus consumpsit. Cuius filius Vuermundus successit. Sax. Gram. lib. 4. Dan.